Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



110

commemorationem. Non aliud sacrificium sicut pontifex
sed idipsum semper facimus magis autem recordationem sacrificii ope-
ramur. Sed quia sacrificii huius mentionem feci. uolo pauca ad uos
dicere. quatenus recordamini. pauca quidem sed minuta. magna autem ha-
bentem uirtutem et utilitatem. Non enim mane solum diuinum spiritum
dicunt. Quia quidem solum plurimi quotidie hoc sacrificio semel accipiunt
in toto anno. alii bis. alii sepius. ad omnes quidem sermo nobis
est. non ad eos qui hic solum tantum. sed etiam ad eos qui in heremo sedent. Illi
enim semel in anno participant. fortassis enim et per duos an-
nos. Quid igitur est quos magis acceptamus. eos ne qui semel. eos
qui sepius. an illos qui raro accipiunt. Neque eos qui semel. neque qui
sepius. neque qui raro. sed eos qui cum munda est conscientia qui cum mundo
corde. cum uita inreprehensibili. isti semper accedant. Qui uita
les non sunt. neque semel. Quid ita. Quia iudicium sibi accipiunt. et damp-
nationem et supplicium. Et non miremini. Sicut enim natalium cibi mu-
tatio existens. si in eum quia apud cibis corruptus est. incidat
omnia potest et corrumpit. efficit occasio morbi. sic etiam ista que
ad hec tribuuntur prunent sacramenta. fruentis mensa spiritali. mensa
regali. et iterum polluti sentus. tuo pungens unguento pre-
cioso. et iterum fetoribus illud implens. Dic mihi rogo post annum
perceptionem participaris. quadraginta dies putas sufficiant
ad mundationem peccatorum totius temporis. et iterum septu-
mana transeunte. dies te primis sordibus. Dic enim mihi si sal-
uus factus quadraginta diebus ab egritudine longa. iterum
tunc illis morbificatoribus cibis tuis. nonne et primum
laborem perdes. Si enim natalia sic mutantur. quanto amplius